et infima Intelligentia, magis, vel minus doctum in Astrologia efficit.

Vides igitur omnes esse ordines Infimus ordo est Influentiarum particularium, quæ corporibus sublunaribus uniuntur per naturalem necessitatem.

Secundus est medius ab illa unione naturali alienus à quo proximè infimus dependet, et tales Intelligentiæ sunt prompte agiles, ut quæ nullam cum corporibus sublunaribus communionem habentes, ipsæ tamen dependunt à supremis, quæ à suis orbibus ne momento quidem absunt, et tali ratione mater illæ cœlestes uniuntur, qua inferiores Intelligentiæ sublunari. Sunt ergo tres ordines spirituum Cœlestium, Medij qui propriè spiritus, et sublunares, siue partes Influentiæ

De Cœlestibus pauca, de medijs plura, de sublunaribus particularibus nulla ferè dicemus nec enim absolutè agunt in sua corpora, sed tantum per obedientiam. Sunt non universales in plura subiecta, sed particulares unitatum corpori vires imprimunt.

Tot sunt Cœlestes Intelligentiæ, quot Astra, præcipuè sunt planetariæ, et ideo Terræ proximiores à suo opifice constitutæ sunt.

Inter ipsas ☉, et ☽ varia secundum Anni tempestates noīa sortiuntur, quæ licet otijs nota sint, hic tamen pro Tironib. subscribere placuit.

Hæ